

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Quo- I.a.
niam rutilans clare latinitatis fulgor multis
moderni temporis scriptoribus nubila et quasi vela-
ta se obicit facie, a quibus tanquam lippientibus lumen
sue claritatis haberi sentit exosum, qui prom-
ciores quamvis nihilominus impingentes et
quasi baculo temptantes videntur ad tenebras
vulgaris rudidatis quam ad lucem chorusee
latinitatis scriptum festinare. Etiam quia
propter inconuenienciam lingue vulgaris
ad latinitatem difficile est nisi prius consi-
deracionis sagaci fuerint examine trutinata
verti ~~in~~ ipsas in alterutram necessarium ui-
sum est ad habendam obscuritatem que in-
terdum in dictatum subtilitate occurrunt
intelligentiam generosa veterum scripta mo-
dernis balbis nostris lucida declarari trans-
sumptione. Ut ergo sine difficultate in^tencio
mnibus istius domus scilicet Dobrilug priui-
legiorum cicius habeantur, in sequentibus
inuenies de ingenio latinitatis cultu ad vul-
gari lingue laicalem uersa nuditatem.

promciores